

JHS<sup>†</sup>

# BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO DE MENORCA

EPOCA IV 12 DICBRE. 1963 (DEP. LEG.- M. H -148-1959) N.<sup>o</sup> 20



\*

SU SANTIDAD EL PAPA  
FELIZMENTE REINANTE  
**PAULO VI**  
HA DISTINGUIDO NUEVAMENTE AL  
RDMO. SEÑOR OBISPO  
CON LOS PRIVILEGIOS  
Y HONOR PRELATICIO DE  
ASISTENTE AL SOLIO PONTIFICO  
EN OCASIÓN DE SU  
**XXV ANIVERSARIO EPISCOPAL**

\*

EL BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO  
CONSIGNA CON RESPETO Y PLACER  
LAS FELICITACIONES SINCERAS Y EFUSIVAS  
DEL RDO. CLERO Y PUEBLO MENORQUIN

\*

XI NOVIEMBRE 1963

\*

OREMUS PRO ANTISTITE NOSTRO  
BARTHOLOMAEO



STET ET PASCAT  
IN FORTITUDINE TUA  
DOMINE  
IN SUBLIMITATE NOMINIS TUI

\*

«SERVUS DEI, APOSTOLUS IESU CHRISTI»

TIT. 1, 1

PAULUS PP. VI  
VENERABILIS FRATER,  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

SACRORUM ANTISTITES, qui, dioeceses sibi commissas regendo, navam fructuosamque operam pro Dei gloria animarumque salute impendunt, digni sane videntur qui a Nobis, data occasione, congruenti afficiantur praemio. Etenim, prout Nobis innotuit, Tu, qua Coadjutor antea ac dein qua Ordinarius, Minoricensem pervetustam Ecclesiam, infensissimo bello civili per Hispaniam saeviente, moderandam tanta animi fortitudine tantoque studio suscepisti, ut omnium existimationem Tibi conciliaveris atque dilectionem. Cum vero quinque lustra ab Episcopalibus Infulis susceptis feliciter expleveris, Venerabilis Frater Antonius Riberi, Archiepiscopus titulo Darense atque Apostolicus in Hispania Noster Nuntius, enixis Nos adiit precibus, ut conspicuum honoris specimen, quod insuper benevolentiae Nostrae sit testimonium, Tibi concedere dignaremur. Nos autem, ut fausti hujus eventus jubilaris laetitiam augeamus, immo ut, ad extremum usque Tuae curriculum vitae, paternae dilectionis Nostrae publico jucundoque pignore perfruaris, hujusmodi preces excipere perlibenter statuimus. Hisce igitur Te Litteris Apostolicis Nostraque auctoritate PRIVILEGIIS ET HONORIBUS EPISCOPORUM PONTIFICIO SOLIO ADSTANTIUM condecoramus atque augeamus. Te ideo, Venerabilis Frater, inter Praelatos Nostros domesticos adnumeramus atque, commoditati et spirituali quoque utilitati Tuae prospicientes, ita privilegium

Oratorii domestici Tibi concedimus, ut licite queas in Catholicorum cuiusvis dioecesis domibus, quae Apostolica auctoritate sacelli domestici indulto fruantur et in quibus non hospiteris (si enim ibi exceptus fueris hospitio, id ex jure communi legitime perages), Missam cotidie celebrare alteramque in Tua praesentia jubere, praesertim in Sacrificii per Te peracti gratiarum actionem, qua e celebratione nullum ejusmodi indultis damnum obvenire existimandum sit; quae utraque Missa singulis inhabitantibus domum Tuisque familiaribus implendo, festis quibusque diebus, ecclesiastico Missam audiendi praecepto suffragetur. Facultatem Tibi praeterea facimus vestes praelatitias e serico gestandi, pariterque jus Tibi damus in Pontificiis Cappellis locum obtinendi Antistitibus Nostro Solio Adstantibus reservatum. Porro statuimus ut hujus in Te collatae dignitatis notitia ad Acta Collegii Episcoporum Pontificio Solio Adstantium ex officio transmittatur. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Novembris, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.

H. J. CARD. CICOGNANI,  
(L. ✠ S.) a publicis Ecclesiae negotiis

VENERABILI FRATRI  
BARTHOLOMAEO PASCUAL MARROIG  
EPISCOPO MINORICENSE

AD SUMMUM PONTIFICEM LITTERAE EPISCOPI  
GRATIARUM ACTIONIS

Beatissime Pater,

Recentibus adhuc Litteris Autographis quibus Beati-  
tudo Vestra me, expletum XXV annum ab Episcopali  
Consecratione, tantopere honoravit, accesserunt tam-  
quam cumulus honoris aliae magnificaे Litterae Apos-  
tolicae, datae sub anulo Piscatoris die XI Novembris nu-  
per elapsi, quibus me insuper dignata es, benignissime  
annuens enixis precibus Excmi. ac Rdm. Domini Anto-  
nii Riberi, Nuntii Apostolici apud Hispaniam, privile-  
giis et honoribus Episcoporum Ponti-  
ficio Solio Adstantium condecorare atque  
augere, magna prorsus mercede pro exiguis quidem la-  
boribus meis in servitium Ecclesiae.

Haec carissima et, quamvis parva, pervetusta et no-  
bilis Dioecesis Minoricensis, ea est, ex omnibus aliis  
hispaniensibus Dioecesibus, quae geographice vicinior  
Romam prospectat, curavimusque in restauratione eius-  
dem ut etiam magis antecelleret pontificiae romanitatis  
reverentia et amore. Lapis romanus ad sedile Cathedrae  
Episcopalis benedictus fuit singulari privilegio a Pio Pa-  
pa XII, uti constat in ipsius Apostolicis Litteris sub anu-  
lo Piscatoris datis die XVIII Septembris anni 1953; qui-  
bus Litteris pariter Ecclesiam Cathedralem Basilicam  
declaravit; item, plures alias huiusmodi Litteras impetra-  
vimus tum ut aurea pontifica corona decorarentur Ima-  
gines Virginis antiquioris et celebrioris cultus, tum ut  
praecipuae civitates, imo et tota insula, sub ipsius patro-  
cinio positae, religiosius illustrarentur et firmarentur,  
coniunctis devotione Virgini et reverentia Pontifici. Prae-

terea, vetus ac sapiens popularis iaculatoria, oratio pro Pontifice, luctuosis temporibus Pii Papae VI inducta, privatim olim usitata inter ruricolas nostros, iamque fere omnino oblita, rursus excitata est et nunc, inclusa Hymnario Dioecesano, dulci concentu canitur a cunctis fidelibus minoricensibus singulis saltem dominicis in omnibus ecclesiis, uti popularis et pia deprecatio pro Pontifice regnante; quod profecto mirifice contulit ad augendam in dies apud hanc Dioecesim avitam pietatem et devotionem erga Summum Pontificem. Haec fecimus, aliaque similia deinceps promovere pergam, eo vel magis quod me nunc sentiam feliciter novo titulo devinctum et quasi proximiorem Pontifici.

Quam maximas, igitur, gratias ago, et agam quamdiu vixero, Beatitudini Vestrae pro tam insigni honore mihi collato, atque Deum Optimum Maximum deprecor ut Beatitudinem Vestram diu sospitem servet ad maiorem suam gloriam, utilitatem Ecclesiae, felicem progressum et finem Concilii OEcumenici Vaticani secundi ac cunctorum populorum salutem et consolationem in Christo Iesu Domino nostro.

Genuflexus ad osculum, amantissime ac humiliter deosculor et pedes Sanctitatis Vestrae et Apostolicas Litteras mihi tam benigne concessas.

† BARTHOLOMAEUS, EPISCOPUS MINORICENSIS.

(L. ✠ S.)

Civitellae Minoricarum, die X Decembris 1963,

NUNCIATURA APOSTÓLICA  
EN ESPAÑA

N.º 2662.

Roma, 26 de Noviembre de 1963.

Excmo. y Rvdmo. Señor  
Don BARTOLOMÉ PASCUAL MARROIG,  
Obispo de Menorca.

CIUDADELA.

Excelencia Reverendísima:

En su día, he tenido el honor de remitir a Vuestra Excelencia Rvdma. la venerada Carta Autógrafa con la cual el Santo Padre se ha dignado honrarle, con motivo de cumplirse 25 años de la Consagración Episcopal de V. E.

Hoy me apresuro a comunicarle, con intima satisfacción, que el Augusto Pontífice ha tenido la paternal dignación de añadir a la antedicha singularísima gracia un nuevo, altísimo honor, otorgando a V. E. Rvdma. el nombramiento de ASISTENTE AL SOLIO PONTIFICIO, merced soberana demostrativa del gran aprecio del Sumo Pontifice por la benemérita labor pastoral felizmente realizada por V. E. en un cuarto de siglo.

Al tener la dicha de trasmitirle tan grata noticia y

anunciarle que, por mediación de la Nunciatura, recibirá el correspondiente Diploma, le saludo y felicito cordialmente y me reitero una vez más

de Vuestra Excelencia Reverendísima

Atto. s. s.

† ANTONIO RIBERI.

---

El Sr. Obispo contestó a la preinserta comunicación del Excelentísimo y Reverendísimo Señor Nuncio Apostólico agradiéndole su encarecido interés por la concesión pontificia, conforme lo expresa Su Santidad en el Breve de la misma.

---

AD MAIOREM DEI GLORIAM

---